

**CONSELLO DA CULTURA GALEGA
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA**

208

842/ 01 / 24

O abade Astrulfo, sobriño e sucesor do abade Don Senior- que fundara as igrexas de Santa María en Berredo, de Santa María en Lausato, de Santa Uxía en Portum Abbatis, San Martín e San Román respectivamente nas riveiras do Miño e a de Santiago de Lauredo, en tempos do rei Don Alfonso II e do obispo Adulfo - cabeza dunha federación monástica dota de todo o necesario as igrexas que componen dita congregación. Por outra banda, reitérase a obriga de respecta-la autoridade do abade, para evitar casos como o citado neste diploma e protagonizado por Astragundia.

TC, fols. 74v.-75r.

Ed. por FLORIANO, A, *Diplomática española del período astur*, Oviedo, 1949, Vol. I, doc. 46, 211-213¹

Christus. In nomine Domini nostri Ihesu Christi et Salvatoris nostri, fundavit ecclesiam sancte Marie pater noster dominus Senior abbas in locum qui dicitur Lurreto super flumen qui vocatus est Mineus et squalidavit et fecit vineas et casas multas, una cum fratribus et sororibus qui conversi in agonem Christi propter Deum ad illum venerunt tam qui adsunt hodie, quam qui iam fuerunt. Fundaverunt ipsas domos et ecclesias in sua proprietate quantum suas vel de suos fratres comprehendit a loca, et fundavit aliam ecclesiam que est sita in locum qui dicitur Lausata, et aliam ecclesiam que vocatur Sancta Eugenia ad portum ipsius abbatis Senioris et cum suos fratres prehendidit locum antiquum, et ecclesiam Sancti Martini que ibi sita erat ex more antiquo, et fundavit ecclesiam Sancti Martini in villas antiquas super ripam Minei, et fundavit domum Sancti Iacobi in locum qui dicitur Laureto in valle Saviniani et Sancti Salvatoris. Et omniorum ipsarum ecclesiarum ex sua obtatione sacravit dominus Adulfus episcope tempore dominissimi Adefonsi principis et obtinuit per multa curricula annorum una cum sobrinis suis Bellarifonso presbitero et Astrulfo abbatte. Mortuoque domno Seniore abbatte, reliquit omnia ipsa loca suo sobrino Bellarifonso et Astrulfo, vel ad omnes suos fratres, quibus pertinebant ipsas ecclesias et ipsa loca vel omnia domni Seniori abbatii quicquid abuerat. Et fuit Bellarifonso presbiter abbas super omnia ipsa loca, et super omnes fratres tam qui sunt quam qui iam processerunt, et abuit per multa cuuricula annorum. Et venerunt multi exconfessione in ipsa monasteria. Mortuoque Bellarifonso sobrino domni Senioris abbatis, reliquit ipsas ecclesias germano suo Astrulfo, et constituit eum abbatte super omnia ipsa loca et super omnes fratres, tam illis qui primitus ibidem fuerant quam qui cottidie ad Deum in agone Christi veniebant. Ego Astrulfus abbas licet indignus testor et confirmo patrinorum meorum domine Sancte Marie et genitricis Domini mei Ihesu Christi, cuius basilica rata sita est in locum Barrato, et locum in Lausato, et locum ad Portum abbatis Sancte Eugenie, et ecclesiam sancti Martini ibidem in ripa Minei, et ecclesia sancti Romani super ripam Minei, et ecclesiam sancti Iacobi in Laureto. In Christi nomine ego Astrulfus indignus abbas una cum fratribus meis qui //in agone Christi sunt ex confessione per regulam traditi de tempore domni patris et Senioris abbati vel qui postea venerunt ad monasterium et ad nostram congregationem qui subtus scripturi vel signa facturi sunt testamentum facio Sancte Marie, et ad omnes ipsas ecclesias supranominatas dono atque concedo omnia servitia de ipsas ecclesias: ministeria ecclesiarum ipsarum, vela et omnes libros, et omnia ornamenta, villas, villaes, terras, saltos, vineas, pumares, ficulneas, accessus vel recessus, piscarias et quicquid squalidavit dominus Seniorinus tuis meis vel sui fratres. Et ego et meus germanus Bellarifonsus concedo atque contestor Deo et ecclesiarum ipsarum ut nullus se presumat exinde afferre vel prehendere, vel ingressum facere, nec laicus neque monachus, ni qui venerit in Christi agone per gradum confessionis vel per voluntatem abbatis vel fratrum secundum textum regule, et sua patrum auctoritas sanxit, quia et illi qui hodie mecum sunt in uno cenobio presbiteri, clerici, et Deo vote, quorum nomina hec sunt: Hyliedurus presbiter, Mirone, Rakericus, Solmirus presbiter, Vistremirus, Dactus, Ansuctus clericus, Fredericus, Ardaldus presbiter, Randulfus presbiter,

Serotinus clericus, Leovildi, ancilla Dei Hermesinda, Guisenda vel alii plures quorum nomina longum scribere est, et Spasanda. De Astragundia detestamur omnia ipsarum eclesiarum ut abeat qui venerit ad gradum confessionis, qui vero ex ipsis vel aliis qui adhuc venerint per superbiam ingredi ausus fuerit, vel sine consensu nostrum vel istor inde portionem non accipiat, et qui talia ausus fuerit agere, vel ibidem ingredere sine consensu fratrum istorum coactus a legibus vel iudicibus quantum inde abstulerit geminatus penitentiam agat diebus ad ostium eccliesie quantum abstulerit, et extraneus sit a fide catholica et a sancta communione, et cum Iuda traditore abeat portionem. Pater et Filius et Spiritu Sanctus Trinitas inseparabilis. Et pater meus dominus Senior abbas, et Bellarifonsus abbas. Et ego Astrulfus indignus abbas maledicimus cum qui alia ausus fuerit facere confusus permaneat. Et ego quod contestor per Deum Patrem genitum Filium et Spiritum Sanctum ab utroque procedentem quia nunquam contra hoc factum venturus ero ad irrumpendum, sit pax amen.

Facta kartula testamenti eccliesie die VIII kalendas Februarias. Era D CCC XLXL. Regnante domnissimo Ranemiro principe.

Sub Christi nomine ego Astrulfus abbas in hoc testamentum eccliesie quod fieri volui et elegi et relegendō cognovi.

¹ Tanto Floriano coma Sáez, de quen o primeiro toma a transcripción do presente diploma, dubidan da súa autenticidade. Floriano fai fincapé na “distribución extraña, un conteniro textual heterogéneo y una redacción que difiere notablemente del tono jurídico de los diplomas contemporáneos”; Cfr. FLORIANO, A.,*op. cit.*, 214.